(S.T.) In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quartodecimo, die veneris quinto mensis aprilis, indictione duodecima. Venditionem ad libellum ad solutum fictum annuatim prestandum, silicet imperiales novem monasterio de Clavate qualibet anno
libellario nomine per infradicta et super infradicta petia terre, liberam tamen et absolutam ab omni alio ficto, censu, conditione, onere et servitute dandis ut
prestandis seu sustinendis, fecit Petrus filius quondam Obizonis de Rozio de loco Vylono Petro cui dicitur Pezius filius quondam Aderici Tasche
parochie Sancti Protaxii ad monachos porte Nove. Nominative de petia una terre que est campus jacente in territorio loci de Vylono ubi dicitur
ultra flumen de Laugorio, cui coheret a mane dictum flumen, a meridie ecclesie Sancte Eufemie loci de Vylono, a sero et a monte ... de
Anono, et est pertice quinque ut dicitur. Item de decima et iure decimationis et decimarie ipsius petie terre et de iure et possibilitate petendi
exigendi et capiendi et habendi fructus decime ipsius petie terre. Et item de omni iure sibi quocumque modo pertinenti in predicta et supradicta
petia terre et decima et iure decimationis et decimarie ipsius et contra quascumque personas et res pro ea et eius occaxione. Eo tenore quod dictus
tero omni tempore predictus Petrus cum suis heredibus et cui dederit habeat et teneat et titulo emptionis possideat predictam
petiam terre cum omnibus iuribus usibus utilitatibus accessionibus ingressionibus et ... regressionibus eidem petie terre et
ipsi Petro venditori pro ea et eius occaxione pertinentem et ad jacentiam et de ea fatiat quicquid ... facere voluerit sine alicuius contradictione.
Cedendo dando atque mandando predictus Petrus eidem Pezio omnia iura et omnes actiones utilles directas reales et personalles
atque ypothecharias sibi quocumque modo et iure pertinentia et pertinentes in predicta et supradicta petia terre et decima et iure decima-
tionis et decimarie ipsius et contra quascumque personas et res pro ea et eius occaxione, et procuratorem ipsum Petrum qui dicitur Pezius in
rem suam fecit et constituit, ita ut pro omnia in eius locum sit et succedat. Et volens predictus Petrus venditor transferre in
predictum Petrum emptorem dominium et possessionem et quasi predicte petie terre et decime ipsius constituit se tenere et pos-
sidere et quasi ipsam petiam terre et ius decimationis et decimarie ipsius et illa iura nomine ipsius Petri emptoris, cui possessioni
et dominio et quasi in continenti renuntiavit et ipsi Petro emptori dessuit et relinquit. Et promisit et guadiam dedit obligando
se et omnia sua bona pignori predictus Petrus de Rozio venditor suprascripto Petro Tasche emptori. Eo tenore quod defendet et guaren-
tabit ei et suis heredibus et cui dederit predictam petiam terre et decimam et ius decimationis et decimarie ipsius et illa
iura a dicto communi Mediolani et a qualibet persona collegio et universitate omni tempore suis propriis dampnis et expensis et sine dampnis et
expensis illius Petri emptoris. Et quod exonerabit et indempnem prestabit et conservabit et deliberabit predictum Petrum emptorem
ab omnibus fodris et omnibus talleis mutuis exactionibus et impositionibus aliis impositis et factis et decetero imponendis et factis
eidem Petro venditori et cuilibet alii seu de quolibet alio cui olim fuisset dicta petia terre in toto ut pro ea et eius occaxione
suis propriis dampnis et expensis et sine dampnis et expensis illius Petri emptori. Et quod tradidit et tradet eidem Petro
emptori vacuam et expeditam possessionem ipsius petie terre et eum in ea possessione induxit et inductum mannutenebit et
defendet, ita quod libere et sine contradictione possit ipsam petiam terre tenere possidere et gaudere suis propriis dampnis et ex-
pensis et sine dampnis et expensis ipsius Petri emptori. Et quod reddet et restituet eidem Petro emptori omnes expen-
dampna et interesse que fient et passus erit occaxione defensionis predicte petie terre et decime et iuris decimationis et
decimarie ipsius et dictorum iurium cum omnibus expensis dampnis et interesse que fient et passus erit supradictas expensis
dampnis et interesse sinul capituli petendis et exigendis. Et inde pro omnia extitit fideiussor qui se constituit principalem
debitorem defensorem et guarenditorem, obligando se et omnia sua bona pignori, ita quod in solidum et primo loco teneatur et
conveniri possit cum effectu, renuntiando beneficio novarum constitutionum et epistole divi Adriani et omni alii iuri et auxilio
usui et legis quo se tueri posset, Acursius filius quondam Petri de Ottobello de loco Vylono suprascripto ... Petro emptori. Pro qua
venditione et pretio predicte petie terre et decime et iuris decimationis et decimarie ipsius et dictorum iurium confessus
et contentus fuit predictus Petrus venditor recepisse et habuisse a predicto Petro emptore libras viginti quatuor tertiollorum bonorum
denariorum Mediolani, renuntiando exceptioni non numerate et accepte pecunie et spei future numerationis et non facte
venditionis et non debentur predictorum taliter ut supra legitur et omni probationi in contrarium. Et in qua promissione et oblig-
atione predicte defensionis et restitutionis fatiende predictus venditor et fideiussor et quilibet eorum. Renuntiando
per fide scienter per speciale pactum omnibus feriis solempnibus et repentinis et omnibus dillationibus causarum presentibus
et futuris et privilegio sui fori et omnibus statutis et ordinamentis provisionibus reformationibus et consiliis factis et
fatiendis in contrarium predictorum. Et quod pro predicto pretio et pro expensis dampnis et interesse ut aliquo predictorum non
possint eidem Petro emptori dare cartas nec notas debiti communis Mediolani in solutum nec aliquid aliud preter
quam pecuniam numeratam. Actum in broletto novo communis Mediolani, presentibus Guillino filio Ferii filii Burri et
Johanno filio Pagani Guarezii porte Cumane notariis civitatis Mediolani.
Interfuerunt testes Petrus qui dicitur Pezia filius quondam Ambrosii de Blancho de loco Anono et Martinus filius quondam Jacobi
de Ysacho de loco Vylono noti et Beltramus filius quondam Zanini de Osenago porte Horientalis parochie Sancte Babille.

(S.T.) Ego Girardus filius quondam domini Jacobi de Brugiano notarius civitatis Mediolani porte Cumane parochie Sancti Carpophori tradidi et scripsi.

Morbio 4 (52)

(S.T.) Ego Johanninus filius Pagani Guarezii notarius civitatis Mediolani porte Cumane parochie Sancti Karpophori ... iussu suprascripti notarii
scripsi et pro noto inscripsi ut supra et subscripsi.
s. s. s.

1314. 5 aprile

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1767093586-16/fragment/page=0001

LII

In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quartodecimo, die veneris quinto mensis aprilis, indictione duodecima. Venditionem ad libellum ad solutum fictum annuatim prestandum, silicet imperiales novem monasterio de Clavate quolibet anno
libellario nomine per infradicta et super infradicta petia terre, liberam tamen et absolutam ab omni alio ficto, censu, conditione, onere et servitute dandis ut prestandis seu sustinendis, fecit Petrus filius quondam Obizonis de Rezio de loco Vglono Petro qui dicitur Prius filius quondam Alderici Tasche parochie Sancti Protaxii ad monachos porte Nove. Nominative de petia una terre que est campus iacente in territorio loci de Vglono ubi dicitur ultra flumen de Laugorio. Cui coheret a mane dictum flumen, a meridie ecclesie Sancte Eufemie loci de Vglono, a sero et a monte [illegible] de Anono, et est pertice [illegible] ut fertur. Item de decima et iure decimationis et decimarie ipsius petie terre et de iure et possibillitate petendi exigendi et percipiendi et habendi fructus decime ipsius petie terre. Et item de omni iure sibi quocumque modo pertinenti in predicta et pro predicta petia terre et decima et iure decimationis et decimarie ipsius et contra quascumque personas et res pro ea et eius occaxione. Eo tenore quod deinceps a modo in antea omni tempore predictus Petrus cum suis heredibus et cui dederit habeat et teneat et titulo emptionis possideat predictam petiam terre cum omnibus iuribus, usibus, utilitatibus, accessionibus, ingressionibus et regressionibus eidem petie terre et ipsi Petro venditori pro ea et eius occaxione pertinentem et adiacentem, et de ea fatiat quidquid facere voluerit sine alicuius contradictione. Cedendo, dando atque mandando predictus Petrus eidem Prio omnia iura et omnes actiones utilles, directas, realles et personalles atque ypothecharias sibi quocumque modo et iure pertinentia et pertinentes in predicta et pro predicta petia terre et decima et iure decimationis et decimarie ipsius et contra quascumque personas et res pro ea et eius occaxione. Et procuratorem ipsum Petrum qui dicitur Prius in rem suam fecit et constituit, ita ut per omnia in eius locum stet et succedat. Et volens predictus Petrus venditor transferre in predictum Petrum emptorem dominium et possessionem et quasi predicte petie terre et decime ipsius constituit se tenere et possidere et quasi ipsam petiam terre et ius decimationis et decimarie ipsius et illa iura nomine ipsius Petri emptoris. Cui possessioni et dominio et quasi incontinenti renuntiavit et ipsi Petro emptori desivit et relinquit. Et promisit et guadiam dedit obligando se et omnia sua bona pignori predictus Petrus de Rezio venditor suprascripto Petro Tasche emptori, eo tenore quod defendet et guarentabit ei et suis heredibus et cui dederit predictam petiam terre et decimam et ius decimationis et decimarie ipsius et illa iura a dominis Mediolani et a qualibet persona, collegio et universitate omni tempore suis propriis dampnis et expensis et sine dampnis et expensis illius Petri emptoris. Et quod exonerabit et indempnem prestabit et conservabit et deliberabit predictum Petrum emptorem ab omnibus fodris et omnibus talleis, mutuis, exatiis et impositionibus, aliis impositis et factis et de cetero imponendis et factis eidem Petro venditori et cuilibet alii seu de quolibet alio cui olim fuisset dicta petia terre in toto ut pro ea et eius occaxione suis propriis dampnis et expensis et sine dampnis et expensis illius Petri emptori. Et quod tradidit et tradet eidem Petro emptori vacuam et expeditam possessionem ipsius petie terre et eum in ea possessione inducet et inductum manutenebit et defendet, ita quod libere et sine contradictione possit ipsam petiam terre tenere, possidere et gaudere suis propriis dampnis et expensis et sine dampnis et expensis ipsius Petri emptori. Et quod reddet et restituet eidem Petro emptori omnes expensas, dampna et interesse que fient et passus erit occaxione [evictionis] et defensionis predicte petie terre et decime et iuris decimationis et decimarie ipsius et dictorum iurium cum omnibus expensis, dampnis et interesse que fient et passus erit pro predictis expensis, dampnis et interesse, una cum capitali petendis et exigendis. Et inde pro omnia extitit fideiussor, qui se constituit principalem debitorem, defensorem et guarentitorem, obligando se et omnia sua bona pignori, ita quod in solidum et primo loco teneatur et conveniri possit cum effectu, renuntiando beneficio novarum constitutionum et epistole divi Adriani et omni alii iuri et auxilio usus et legis quo se tueri posset, Acursius filius quondam Petri de Ottobello de loco Vglono suprascripto Petro emptori pro dicta venditione et pro pretio predicte petie terre et decime et iuris decimationis et decimarie ipsius et dictorum iurium. Confessus et contentus fuit predictus Petrus venditor recepisse et habuisse a predicto Petro emptore libras viginti quatuor tertiolorum bonorum denariorum Mediolani, renuntiando exceptioni non numerate et accepte pecunie et spei future numerationis et non facte venditionis et non debentium predictorum taliter ut supra legitur et omni probationi in contrarium. Et in qua promissione et obligatione predicte defensionis et restitutionis fatiende predictus venditor et fideiussor et quilibet eorum per fidem sciente pro speciale pactum omnibus feriis solempnibus et repentinis et omnibus dillationibus causarum presentibus et futuris et privillegio sui fori et omnibus statutis et ordinamentis, provisionibus, reformationibus et consilliis factis et fatiendis in contrarium predictorum. Et quod pro predicto pretio et pro expensis, dampnis et interesse ut aliquo predictorum non possint eidem Petro emptori dare cartas nec notas debiti communis Mediolani in solutum nec aliquid aliud preter quam pecuniam numeratam. Actum in brolleto novo communis Mediolani presentibus Guillino filio [illegible] Burri et Johanno filio Pagani Guarengi porte Cumane notariis civitatis Mediolani.
Interfuerunt testes Petrus qui dicitur Prizia filius quondam Ambrosii de Blanchis de loco Anono et Martinus filius quondam Jacobi de Ysacho de loco Vglono noti et Beltramus filius quondam Zanini de Osenago porte Horientalis parochie Sancte Babille.

Ego Girardus filius quondam domini Jacobi de Briziano notarius civitatis Mediolani porte Verceline parochie Sancti Carpophori [illegible]

Morbio 4 (52)

Ego Johanninus filius Pagani Guarengi notarius civitatis Mediolani porte Cumane parochie Sancti Karpophori iussu suprascripti notarii scripsi et pro noto interfui ut supra et subscripsi.

1314. 5 aprile

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1767093586-16/fragment/page=0003